



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Sect. 1. Historica huius Regionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

*la Prin-
cipauté
de Gar-
pi.* **FLV.** **VII.** **SECIVS: Secchia.**
Incile Secij: le Canal de Secchia, Carpos alluens.
Incile Rizanum: Fossa Rizana.
Panarus: Panaro.

**SAXVLANA
DITIO,** **SAXVLUM: Saffuolo,** decem millibus à Mutinâ
la Seigneurie de **oppidum, & castrum munitissimum cum suo**
Saffuolo, **præfecto: situm est inter Fl. Secium, & inci-**
inserta Duca- **le deductum Mutinam. Pij de hac vrbe cum**
tui Mutinensi. **Duce coram Imperatore fortiter decerta-**
**ROLIENSIS
COMITA-** **runt, lis Mutinensi adiudicata est.**
TVS, **Fanum S. Mariæ Saxulanæ: S. Maria di Saffuolo,**
Il Comté de Roly. **locus magnæ pietatis.**

ROLIVM, seu Rolum: *Roly*, oppidum tenue, &
comitatus tam parui nominis, vt vulgo in tabulis minus
 annotetur: situm est in limite Agrorum Bononiensis, Mutinensis, & Tusci.

§. 5. De ditione Mirandulana:

SECTIO I. Historica huius Regionis.

NOMEN habet à Mirandulâ vrbe, quam dictam volunt ab admirando partu Eurides filiæ Constantij quam Manfridus Aulicus rapuerat, & hic tres filios uno partu peperisset, quæ omnia fabulas sapiunt. Domini huius ditionis primùm Comites fuerunt deinde *Principes Mtrandule, & Comites Concordie*, sed Alexander Picus 50. millibus aureorū ab Imperatore Ducis titulum redemit.

QVANTITAS. *Longitudo* eius defumenda est à sylua Concordiei in limite Mutinensi ad Portum Vetus *Porto Vecchio*, continetq; septemdecim millia passuum, 8. leucas Francicas cum dimidia, Germanicas 4. cum $\frac{1}{4}$: *Latitudo* à vico Ronzole, ad vicum Traniucium *Tramuscio*, initia septem complectitur, id est 7. millia passuum, seu 4. leucas nostrates cum $\frac{1}{4}$, Germanicas 2. cum $\frac{1}{4}$. ambitus ferè 50. millium passuum est, 25. Francicarum leucarum, Germanicarum 12. cum $\frac{1}{4}$.

QVALITAS. Regio est frumenti & orizæ férax, quæ in Venetâ potissimum ditione distrahuntur: neque vina desunt alicuius non
Parall. Geogr. Tom. II.

OOooo

minis, armenta autem tanto numero, ut ex eorum transitu multam sibi pecuniam Dux conficiat.

MORES. Bellicosi habentur Mirandulani, eu^genoi, liberales, faceti, & indolis exquisitæ.

ORIGO DVCVM MIRANDVLANORVM. Ut hîc fabulas omittamus de Manfredo, & Euride filiâ Constantij filij Magni Constantini, de quibus aliqua præmonuimus; certius videtur Picorum familiam esse Mutinensem, cuius iam mentio ob præclara bellifacina ann. Christi 1110. anno deinde 1300. præter propter, Franciscus Picus à Ludouico Cæsare Vicarius Imperij in vrbe Mirandulâ constitutus est, sed hic sublatus est cum filiis duobus à Bonacolsio Tyranno qui & Mirandulam euertit: superfuit ex eâ clade Nicolaus qui Prendi partem genuit, hic Paulum, hic Franciscum, hic Joannem & Franciscum, quos Fridericus tertius Concordiz Comites creauit: ex Francisco natus Ioannes, Franciscus, ex quo natus Nicolaus, ex quo Ioannes, ex quo Ioannes Franciscus qui arcem Mirandulanam communiuuit; cuius tibi stemma exhibemus rei nostræ non inutile.

IOAN-	G A L E O T V S	IOANNES FRANCISCVS	ALBERTVS cum patre à Galceto cæsus.
NES		Princeps expulsus à fratre Ludouico, restitutus à Julio II. & tandem cæsus à Galeoto II. in Ecclesiâ coram imagine Crucifixi.	
FRAN-		IOANNES.	qui in exilio conse- PAVLVS. nuerunt.
CIS-		THOMAS.	
CVS		LVDOVICVS	
qui ar- cem Miran- dula- nam muni- uit.	Primus.	GALEO- TVS II. qui fratrem expulit, & ab eo vicissim electus est.	A L E- XANDER natus ex Fulijâ Corregiâ LVDOVICVS.
		qui occidit Ioan. Frâscicu	nothus. Et 3. filix; nuc illa fa- milia dici- tur conci- disse.
		FRIDERICVS.	
		ANTONIUS MARIA Magnus Imperator.	
		IOANNES PICVS vir vndeque doctus, qui anno 33. Florentiæ obiit, anno Christi 1464. & sepultus est in veste P P. Dominicanorum.	

POLITIA. Habuit Dux ille ditionem suam fiduciariam ab uno Imperatore cum iure cedula pecuniae, quâ usus est aliquando non sine probro, quasi cuderetur hic adulterina; quare vicini Principes eius usum insuis ditionibus interdixere. Vix tria subditorum millia armare posset. Tuebatur partes Hispanas, & ab eo pensionis nomine sex aureorum millia recipiebat, cum alia Cataphractorum equitum in regno Neapolitano. 300. millia annui redditus ex ditione sua recipiebat.

SECT. II. Descriptio Geographica ditionis Mirandulane.

VR-	MIRANDVLÀ: <i>Mirandola</i> , nobis <i>la Mirandole</i> , aut <i>la Mirande</i> , de cuius origine fabulam suprà attigimus.
BES	Olim fuit admodum exigua & castrum dumtaxat, cuius locus dicitur etiamnum <i>Castelletto</i> , adiectus ei burgus qui postea muris cinctus est: nunc 7. aggeribus regiis vallata est, & arce permunita cum castro quod vocant <i>la Rocca</i> , cum 4. propugnaculis excitatissimum dum urbem obsedit Iulius III. dicunturque castra S. Michaelis, S. Iustinæ, S. Martini, & S. Antonij.
DK-	
TIO-	
NIS	CONCORDIA: <i>Concordia</i> , nobis <i>Concorde</i> , Comitatus caput creati à Sigismundo Imperatore. Locus olim permunitus fuit, sed disiectus à Galeoto II. filio Ludouici, postea tamen urbs reparata est, & in dies laetior euadit, ad Fl. <i>Secum Secchia</i> .
M I-	
RAN-	Quadragesima: <i>Quarantula</i> : ita dicta à Quadragesima liberis nobilibus oriundis ex Manfredo, de quo suprà, & ex eâ familiâ orti dicuntur esse Pici, Pijs, Manfreidi, & alij. Fit sâpe mentio Aulæ Quarantulanæ in historiâ Italicâ.
D V-	
L A-	
NÆ.	Portus Vetus: <i>Porto Vecchio</i> , in limite Ferrariensi.
FLV-	SECIVS: <i>Secchia</i> , ad quem fixa Concordia: hic mox labitur in agrum Mantuanum, ubi cadit in Padum.
VII.	Quarantulana Fossa: <i>Fossa di Quarantula</i> .
	Refana Fossa, hunc agrum dirimens à ditione Mutinensi.